



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Synodvs Ab Edvardo Seniore Rege Anglorvm Congregata, praesidente
Pleigmundo archiepiscopo Doroberniae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

618 FORMOSVS SYNODVS ARNVLPHVS R. GERMANIE.
PAPA. EDVARDO SENIOR R. ANGLIAE.

SYNODVS AB EDVARDO SENIORE ^{ANNO CHRISTI}
REGE ANGLORVM CONGREGATA,
præsidente Pleigmundo archiepiscopo
Doroberniæ.

Cum literarum & religionis deliquio Formosus papa regem ipsum
& Angliam totam interdixisset; quod multi in ea episcopatus
per annos multos suis viduarentur episcopis, iam ad impe-
trandam absolutionem, septem simul ad episcopatus totidem
episcopi eliguntur.

De tempo-
re huius
Synodi in-
ter autores
controver-
titur, ideo
annum eius
incertum
reliquum.

Matth. 9.

SED ut ad nostrum, *inquit Malmeburius*, Edvardum
reuertar, quid eius tempore de renouandis episcopatis
bus a papa Formoso præceptum sit, iucundum puto me-
moratu: itaque verbis eisdem quibus inueni scriptum in-
terferam.

Anno, quo a nativitate Domini transacti sunt anni non-
genti quatuor, misit papa Formosus in Angliam episto-
las, quibus dabat excommunicationem, & maledictionem
regi Edvardo, & omnibus subiectis eius, pro bene-
dictione, quam dederat beatus Gregorius genti Anglo-
rum a sede sancti Petri. Nam per septem annos plenos de-
stituta fuerat episcopis omnis regio Geuissorum, id est,
Vvestsaxonum. Quo auditu, congregauit rex Edvardus
Synodus senatorum gentis Anglorum, cui præside-
bat Pleigmundus archiepiscopus Cantuariensis interpre-
tans districte verba apostolicæ legationis. Tunc rex & epi-
scopi elegere sibi suisque salubre consilium, & iuxta vo-
cem dominicam: *Messis quidem multa, operarii autem pau-
ci*, elegerunt & constituerunt singulos episcopos singu-
lis prouinciis Geuissorum, & quod olim duo habuerunt
in quinque diuiserunt.

Acto Consilio archiepiscopus Romam cum honorificis muniberibus adiit papam cum magna humilitate placauit, decretum regis recitauit, quod apostolico maxime placuit. Rediens in patriam in vrbe Cantuariæ vno die se-
ptem episcopos septem ecclesiis ordinauit; * Fridestanum ^{al. Fre-}
ad ecclesiam Vvintoniensem, Adelstanum ad Cornubien-
^{thelita-}
^{num}

ANNO
CHRISTI
sem, Vverstanum ad Schirebornensem , Athelelmum ad
Vvellensem, Eiddulfum ad Cridiensem in Deuonia.

Sed & aliis prouinciis constituit duos episcopos. Austra-
libus Saxonibus virum idoneum Berneum , & Merciis
Cenulphum , ad ciuitatem Dorcestriæ in pago Oxoniæ:
hoc etiam totum papa firmauit, vt damnaretur in perse-
* f. infir-
marct
tuum, qui hoc * confirmaret decretum.

Eadem narratio e codice Cantuariensis ecclesiæ.

Anno dominicæ incarnationis nongentesimo quinto,
Formosus papa misit in terram Anglorum ad regem Ed-
vardum cum magna iracundia & deuotione , eique man-
dauit cum suis omnibus maledictionem contra benedi-
ctionem quam beatus papa Gregorius per sanctum Augu-
stinum genti Anglorum miserat , nisi * cum episcopis resti-
tuisset destitutas parochias episcoporum secundum anti-
quam traditionem quæ tradita est genti Anglorum a sede
B. Petri. Nam per septem annos plene destituta est regio
Geuissorum ab omni episcopo. Quo auditu , congregauit
Edvardus rex Synodum senatorum gentis Anglorum in
qua præsidebat Plegmundus archiepiscopus, regi recitans
& disputans districta verba apostolicæ legationis , quæ mi-
sit beatus papa Formosus. Tunc sibi rex cum suis , & Ple-
gmundus archiepiscopus salubre consilium inuenierunt
assumentes dominicam sententiam : *Mefis quidem multa,* Matth. 9.
operarii autem pauci. Singulis tribubus Geuissorum singu-
los constituerunt episcopos , & singulis episcopia consti-
tuerunt , & quod dudum duo habuerunt in quinque di-
uiserunt. Acto illo Concilio cum honorificis muneribus
Plegmundus archiepiscopus Romam rediit, apostoli-
cum Formosum cum magna humilitate placauit , & regis
decreta & seniorum regionis enuntiauit : quod aposto-
lico maxime placuit. Rediens ad patriam in vrbe Doro-
bernia septem episcopos septem ecclesiis in uno die ordi-
nauit. Frithaum videlicet ad ecclesiam Vvintonensem:
Ethelstanum ad ecclesiam Corviensem: Vverstanum ad
ecclesiam Sareburnensem : Ethelelinum ad ecclesiam
Fontaniensem: Eadulfum ad ecclesiam Eridiensem : Cui
etiam addiderunt tres villas in Cornubia, quarum nomina
sunt hæc : Paltun, Celling, Laudintham, vt inde singulis

Concil. Tom. 24.

Iiii ij

620 FORMOSVS CONCILIVM ARNVLPHVS REX GERMANIE,
PAPA. ODO REX FRANCORVM.

annis visitaret gentem Cornubiensem, ad extirpandos
eorum errores. Nam antea in quantum potuerunt verita-
ti resistebant, & non decretis apostolicis obediebant. Sed
& aliis prouinciis constituit Plegemundus archiepiscopus
duos episcopos. Australibus Saxonibus virum idoneum
Bernodium ordinavit, & Mercionibus Cenulphum ad ci-
uitatem quæ dicitur Dorkecestre. Hoc autem totum papa
Formosus in Synodo sancti Petri sic conclusit, vt damnare-
tur in perpetuum qui hoc salubre mutaret Concilium. Mi-
sit etiam in Britanniam literas, quarum [†] exemplar hoc est.

^{t Supr.}
pag. 616.

CONCILIVM VIENNENSE,

AB EPISCOPIIS REGNI ARELATENSIS,
præsidentibus Formosi papæ legatis, Viennæ celebra-
tum in basilica Saluatoris, anno Christi DCCXCII. For-
mosi eiusdem papæ anno II. Odonis regis v.

TITVL CANONVM.

- I. *Vt seculares, qui res ecclesiasticas detinent, nisi admoniti se cor-
rexerint, excommunicentur.*
- II. *Vt seculares, qui clericum aliquem occiderint, vel dishonesta-
rint, nisi ecclesia satisfaciant, excommunicentur.*
- III. *Vt qui egrotantis seu defuncti
episcopi vel presbyteri eleemosy-
nam fraudat, excommunicen-
tur.*
- IV. *Vt seculares ecclesiastas inconsul-
tis episcopis non dent: neque cen-
sus ullus introitus causa exigat.*

PRÆFATIO.

HÆC capitula facta sunt anno dominicæ incarnationis
DCCXCII. indictione x. iussu domini Formosi apo-
stolici congregata Synodo apud Viennam metropolim
Galliarum, præsentibus legatis sanctæ apostolicæ sedis vene-
rabilibus episcopis Paschali & Ioanne, & aliis coepisco-
pis eiusdem regni, quorum nomina subter habentur
adscripta, in basilica vrbis ipsius sancti Saluatoris nomi-
ne consecrata.

CANONES.

I.

Vt ab iniusta inuasione & possessione ecclesiasti-